



## Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio  
Ersteller: de Turrecremata Johannes  
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.



quod fecerunt occidendo corpora sanctorum obstinati mortui sunt et  
in infirmum dimerfi. **I**n laqueo mortem quem fraudulento consilio  
sanctis viris parauerunt comprehensus est pes eorum ipsis pena  
mortis anime et corporis in sempiternum illaqueatis, **C**ognoscent  
iudiciaria potestas dei iudicia faciens. cum reddet unicuique secundum  
opera sua. peccator vero ex operibus manuum suarum comprehen-  
sus est quod dignus sit eternis supplicijs. **C**onuertentur in finali iudi-  
cio peccatores in infernum. quod erit quando per sententiam christi dei-  
cientur in inferni profundum. cuiusmodi sunt gentes que obliui-  
scuntur deum. scilicet in fine morientes sine penitentie remedio. pro-  
pheta de remuneratione sanctorum loquens ait, **I**n finali iudicio  
non erit obliuio pauperis spiritu. et si hic aliquando videantur esse  
in obliuione. patientia enim pauperum non carebit remuneratiōe  
quia et si differtur non aufertur auxilium dei a sanctis suis. prophe-  
ta spiritu preuidens aduentum antichristi. et periculi magnitudine per-  
territus clamans ait, **E**xurge domine ad iudicandum. excita pote-  
tiam tuam. non preualeat facere quod vult homo peccati scilicet an-  
tichristus homo pessimus. in quo tanta erit versucia et potestas ut sola  
virtus tua possit superare eius nequiciam. et celerrime iudicentur  
gentes que cum ipso seuerissime scelera magna facture sunt, **C**onsti-  
tue promissione legillatorem scilicet antichristum super eos qui eum se-  
quuntur. non ad regendum. sed ad eorum ruinam et submersione  
sciant gentes que antichristo adhibebunt scientia experientie. quoniam  
homines sunt fragiles et stulti ponentes fidem et spem in anticristo  
omnium hominum pessimo, **V**t quid domine recessisti longe a san-  
ctis tuis tempore antichristi. in quo despicere videris eos non liberando  
cito eos in tam oportuno tempore. quod est tempus tribulationis.  
vere oportuno tempus erit subueniendi fidelibus iustis. quoniam  
**D**um superbit impius antichristus in potestate. pauper populus christia-  
nus obedire sibi nolens cruciabitur omni genere tormentorum. ve-  
runtamen ipse et satellites eius comprehendentur in consilijs quibus  
cogitant cruciare sanctos. quia ipsi in fine cruciatibus peribunt cum  
dominus spiritu oris sui interficiet antichristum. superbit quidem impi-  
us. **Q**uoniam cum antichristus homo peccati laudabitur et benedicet  
a suis auditoribus eleuatus in superbia magis ac magis delectabitur